



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Qvod Ivdaeи Messiam, Qvi uenit, ceu uenturum, temere  
expectent**

**Samuel <Marochitanus>**

**Argentorati**

**VD16 S 1561**

Caput .VIII. Quomodo post occisionem Christi facta dispersio Iudeorum  
secundum Danielem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36159**

## PARASTASIS.

pheta, & Amos, et alij Prophetæ. De quo etiam loquitur  
Esa propheta capi. liij. Deponet omnes iniquitates et ora  
bit pro ifidelibus. Timeo ego, domine mi, q. iste I E S V S  
sit ille iustus de quo dicit David in spal. lxxiiij. Delectati  
sunt i animā iusti, et sanguinē innocentē condemnabūt, et  
propter hoc eicit eos Deus et disperdet illos dominus De  
us noster. Et timeo, domine mi, q. iste sit ille iustus de quo  
loquitur Hiere. cap. ix. cū dicit. Homo est, et quis est qui in  
telligit eū? Item Hiere. cap. x. Species uultus nostri Chri  
stus Deus captus est, pro peccatis nostris. Cui diximus. In  
umbra tua uiuemus inter gētes. Timeo etiā, domine mi, q.  
iste sit ille iustus de quo dixit Deus per os Zacharie pro  
phetæ cap. xiiij. Dicetur enī i illa die, quæ sunt istæ plague i  
palmis tuis. Et respondebit. Plagatus fuit in medio domus  
meæ iter illos qui dilexerūt me et leuauit ensē pastor meus  
supra me. Ide cap. xij. Aspiciēt ad me die illa, et illū quem  
trāfixerūt, et plangēt super illū quasi planctū unigeniti.  
Timeo etiam, domine mi, quod iste fuit iustus ille de quo  
dicit Abacuch cap. iiij. Cornua in manib⁹ eius ibi abscōdi  
ta est fortitudo eius &c. Et concordat Euangelium Chri  
stianorum ubi narratur mors I E S V, & ostendunt. Cum  
autem uenissent ad I E S V M, inuenerunt eum mortuū et  
misit unus ex eis lanceā suam, et transfixit. Páueo, domin⁹  
mi, q. iste sit iustus de quo dicit Abacuch cap. xiiij. Egref  
sus es domine saluare populū tuum cū Christo tuo.

Caput. VIII. Quomodo post occisionem Christifac̄ta  
dispersio Iudeorum secundum Danielem.

Expanesco,

VERI MESSIAE

**E**xpauesco, domine mi, super hijs, Quis fuit iste iustus sine Peccato, de quo loquitur Esa prophetā. Et quis sit ille iustus uenditus pro argento, propter q̄ dicit dominus per Amos prophetā, ubi supra, quod ī testū monium quarti sceleris nō transferet eos in terrā promissionis amplius, Videtur ctiam, domine mi, quod cōpletum est quod scribitur Daniel. ix. cap. ubi dicit. Postquā consu[m]atae fuerunt .lxij. hebdomadæ, occidetur Christus, & tunc ueniet populus cūm principe uenturo, & destruet ciuitatem, & domum cōminuet, & condemnabunt eam, & auferetur sacrificiū, & consumabitur destructio perpetua, Et non est dubium, domine mi, quin destructio desolationis ppetuæ, sit captiuitas ista in qua sumus, iā sunt mille anni. Et aperte dicit Deus per Prophetā, quod erit defolatio perpetua post occisionē Christi, sicut est desolatio nostra postquā IESVS fuit occisus, nec cōminatus est Deus nobis perpetuā desolationē, nisi post occisionē Christi. Et si uoluerimus dicere quod ante mortem IESV fuimus in desolatione. Ad hoc rcspondent nobis Christiani quod ante mortem illam nō fuit desolatio nisi .lxx. annis, & post hoc fuimus reducti in terrā promissionis, & fui[m]us apud Deum in gratia & honore. Certe domine mi, ego non uideo euasionem contra prophetā istam, quia de facto probatur nobis quod postquam à reædificatione fuerunt completae .lxxij. hebdomadæ supra anno, qui sunt anni .cccc. & .xxxiiij. tunc fuit IESVS occisus à patribus nostris, & postea uenit dux. s. Titus & populus Romanus, &

## PARASTASIS.

nus, et fecerunt nobis secundum prophetiam istam, hodie sunt  
mille anni et ultra, et nihilominus si in ira dei sumus, et  
tamen in ipso speramus. Et si dicamus quod Christus uen-  
turus est et non dum uenit, et rehabetimus terram promis-  
sionis, et reædificabimus ciuitatem, et habebimus gratiam  
dei et honorem in terra nostra, et ista desolatio non erit  
perpetua. Respondebunt Christiani, quod adhuc ergo ma-  
net nobis occisio Christi et aduentus Titi et populi Roma-  
ni, et desolatio peior ista in qua iam fuimus per mille an-  
nos. Heu domine non est excusatio nec euasio consona. Sed  
tamen quicquid contingat Dei sumus in omni casu, si in eo  
speramus.

### CAPUT IX.

Quod duo sunt aduentus Christi.

**T**imeo, domine mi, quod Christus iam uenit, et iam  
adiplexit primum aduentum suum, quia in scripturis no-  
stris inuenimus duplē eius aduentū. Primus adue-  
tus Christi describitur in Prophetis in paupertate et hu-  
militate. Secundus in gloria et maiestate. Et de utroq;  
aduentu proponā illa que mihi occurrūt. De primo ad-  
uentu dicit Deus per os Zacha. cap. ix. Letare filia Syon,  
ecce præceptor tuus uenit pauper, equitans asinum. Et in  
isto aduentu describit eum Isaías despectū. Daniel occisū.  
Zacharias et Amos uenditū, et tamen iam fuerunt co-  
pleta que in libello descripsi et describam, nō reputau-  
mus eum, id est, non cognouimus eum, sicut dixit Esaias  
Propheta, sed despximus eū et prævaluimus contra eū.

B      Sed